

d'une part, les Lyonnais et Philippe-le-Bel d'autre part (1). Nous n'avons fait que jeter un rapide coup d'œil

(1) *Arch. du dép. du Rhône*. Arm. Abel. vol. 21, n° 10. — Bulle de Benoît XI. — « Benedictus episcopus, servus servorum Dei, venerabili fratri
« archiepiscopo Viennensi et dilecto filio archidiacono Vivariensis Ecclesie,
« salutem et apostolicam benedictionem. Inter cetera desideria cordis
« nostri hoc potissimum fore cognovimus ut inter Christi fideles pacis
« et concordie commoda procuremus. Scimus enim et ex facti evidentia
« innotescit quod non nisi pacis in tempore bene colitur pacis auctor nec
« ignoramus quod per dissensiones et scandala non solum rerum dispendia
« eveniunt sed etiam animarum pericula generantur. Sane considerantes
« attentius gravem dissensionis materiam ab olim exortam inter magnifi-
« cum principem Phylippum Regem Francie illustrem et dilectos filios
« cives Lugdunenses, ex parte una, et venerabilem fratrem nostrum archie-
« piscopum et dilectos filios Capitulum Lugdun. ex altera, occasione potis-
« sime appellationum seu resorti (ut patrie verbis utamur), propter quod
« Lugdunensis civitas est supposita ecclesiastico interdicto, et cupientes
« ut, ad laudem Dei et prosperum ipsorum archiepiscopi et Capituli ac
« etiam Lugdunensis Ecclesie dictorumque regis et civitatis statum, hujus-
« modi negotium feliciter terminetur, volumus et per apostolica vobis
« scripta mandamus quatinus vos vel alter vestrum in eodem negotio pro-
« cedentes predictis Archiepiscopo et Capitulo, ac etiam personis Lugdu-
« nensis Ecclesie supradicte ad spiritualia et temporalia que extare nos-
« cuntur per dictum Regem Francie vel mandatum suum plenarie resti-
« tuatis et, amota etiam inde manu regia, prefatum interdictum auctoritate
« nostra suspendere studeatis, ita quod huiusmodi suspensio usque ad
« unum annum in festo Purificationis Beate Marie Virginis proximo in-
« choandum et ex tunc usque ad festum resurrectionis Dominice imme-
« diate subsequens robur obtineat firmitatis et nichilominus Archiepisco-
« pum et Capitulum et cives predictos ex parte nostra peremptorie citari
« curetis ut ipse Archiepiscopus personaliter vel per procuratores ydoneos,
« prefatum vero Capitulum per duos ex ipso Capitulo dictique cives per
« procuratores ydoneos, ad hoc specialiter constitutos, habentes plenum
« et sufficiens mandatum ad compromittendum, tractandum, paciscendum
« et componendum super dicta dissensione coram nobis et quod nobis
« super hiis expediens visum fuerit audiendum et recipiendum ac omnia
« alia et singula faciendum que veri et legitimi procuratores facere possunt